

nus, & alia monstra, quibus tamen foli adeo non detereatur, ut per media illa transire ne latum unquam a suo cursu deflectat. (Sępiti Manu 23. April. 7. 5.) Sic homo sanctus, seu verus penitentis, qui relicta peruersitate semitam sanctitatis ingredi desiderat, ad quævis obstacula imperturbatus permanere debet: occurrent quidem illi post conversionem varia monstra, ut tentationes dæmonis, mundi illecebra, pristina voluptates, peruersi focii & alia; ille autem virtutis semita, qua cępuit, ire semper pergat, nec sit in eorum numero, qui prout loquitur sapiens: *Manstrorum exagitantur timore.* (Sęp. 17.)

9. Qui secus hac in re agit a Spiritu sancto per eundem Ecclesiasticum simbolo lauz notatur: *Stultus ut luna mutatur.* Luna est instabilissima, in plenitudo lucida, in novilunio obscura, in primo & ultimo quadrante semper versa: sic homo stultus, quo nomine peccator denotatur, semper est alius: hodie confitetur, cras iterum peccat, hodie Deo, cras dæmoni fertur, hodie in gratia Dei, cras in mancipio diaboli vivit: modicum quodvis impedimentum est illi sufficiens, ut a cepto vita proposito deficiat. Eiusmodi stulti erant viri illi, qui ad nuptias Evangelicas invitati erant: (Luc. 24.) agnovent satis superque, quanti sibi Regis invitatis favore interit: & tamen cum uni negotium incidit de emenda villa, alteri de probandis in agro bobus, tertio de ducenda uxore, putant suam absentiam satis esse excusam, cum tamen hæc omnia nisi aliud fuerit nisi inanes pretextus: causa genuina ac vera erat, quod noluerint venire; prout compendiose insinuat S. Mattheus: c. 22. *Nolabant venire.* Nolebant, inquit, ut intelligamus, quidquid tandem excusationis afferant, qui Divinis præceptis non obsequuntur, tentationes, imbecillitatem, proclivitatem, egestatem, socios, assuetudinem & alia; Deum tamen cunctas hæc causas ad unam revocare, & hanc non esse aliam, quam quod noluit. Non emendantur, quia emendari nolunt: non desunt popinas, quia deserre nolunt: non abstinent a blasphemis, quia abstinere nolunt: non exeunt ex occasionibus, quia eire nolunt: Verbo, deest illis voluntas efficax, non habent, nisi velleitatem, de qua facit Proverbiales: *Vult piger, & non vult:* (Prov. 13.) similes sunt bractes, aut triticeibus in sublimium adificationum cacumine erigi solitis, qui quolibet vento nunc in hoc, nunc in aliud latas vertuntur, nunquam tamen suo loco dimoverunt.

10. Igitur efficacia propofiti præ omnibus aliis requirit, ut sit operativum, prout paulo ante insinuavi, atque ut remedia ad peccati exterminium, & emendationem vitæ couducantia juxta consilium confessorii ite amplectatur, dicente S. Thoma, in Psalm. 48. *Propofitum opti me manifestatur per operationem.* Quælo si has aut illas ædes videres conflagrate, in æquilibrium au-

tem ædium ad ignem aspidere, & se calefacere, an in animum possides inducere, quod vir ille ex jactura sua domus malum alligatur? Revera non; sed tunc solum crederes, si videres illum cederet, & conatu, quo posses maximo asserre aquam, viciniorum opem implorare, sursum deorsum currere, medias flammæ ingredi, ut res pretiosiores igni subtrahat & in tuto colloct. Sic ego de te judico, mi peccator: anima tua periclitatur, ne infernali incendio conflagret, si periculum hoc scicis oculis, ridentibus labiis, otiosis manibus intuearis, non credo quod illud te mactum affligat: verum si videam, quod persequenter consilium experti confessorii explores: si videam, quod sapius quam unquam antea Eucharistico convivio accumbas: si videam, quod mæ & vespere Dei & Intemeratæ Virginis opem imploras: si videam, quod e Sandis peccatiorem Patronum, & adiutorem ad pugnam contra vitia eligas: si videam, quod læsoni librorum sacrorum sedulo operam des: si videam, quod crebrius ac diligentius quædam Oratori aures præbeas: si videam, quod iteratos relapsus voluntariis penitentibus castiges: si videam, quod alia omnia remedia frænandis cupiditatibus adhibeas, tunc enim credam, quod tale hæbas propofitum, quæle requiritur ad sacramentum. Incidit hic mihi historia, quæ rem hanc pro coronide adhuc magis declarem. Cum Confessorius quidam, prout referit Casarius, tempore Quadragesimæ pro tribunali sederet, cæcædæus penitentes, accessit ad eum juvenis incogitatus confiteri paratus, qui tam nefanda, horrendaque scelera enarrare cepit, ut confertatos diceret Confessorius: Licet tu mille annis vixisses, non possum credere, quod tot hæc tanta crimina patras: inquit: inquit: igitur unde & quis esset? Respondit penitens: de patria vnde longinqua sum, plus mille annis vixi, & sum de illorum numero Angelorum rebellium, qui de calo ceciderant, nec minimum hæcenas partem peccatorum expofui. Cui Sacerdos: Quid tibi infelix cum confessione? Vidit, ajebat dæmon, quod plures ad te accedentes peccatorum sarcina exoneraret, volui ergo probare, an non & fors ista etiam mihi posset contingere. Poterit tibi contingere, subsisterat Sacerdos, si ea voluisset amplecti confiteri, que alii amplecti sunt, qui sufficit ad me rescesserunt: Quid ergo jubes, quærebatur diabolus? ego paratum me offero ad sustinenda omnia totius mundi tormenta. Non ita te exigo, respondit Confessorius, & unice volo, ut deinceps singulis diebus te profernas, dicatque: *Domine Deus Creator meus, peccavi tibi, ignosc mihi:* Recusavit infernalis spiritus: hanc acceptare penitentiam, inquit, tantam humiliationem sibi fore impossibilem. Tunc enimvero subintravit Sacerdos, abi male dicte spiritus, arde in igne æterni: & scito tibi nullum esse salutis remedium. (Luc. 16.)

11. Ep-

11. *Epilogus.* En mi Christiane, sic confitetur diabolus sine emendationis propofito: narrantur quidem peccata, voluitque sustinere penitentiam totius mundi gravissimam, sed sine humiliatione, sine emendatione, sine fuga peccati. Tu igitur ex hodierna dissertatione id singulariter tibi nota, propofitum pro Sacramento requirit non consistere in pigro aliquo *Ita vel Non*, quo confessoriam decipis: Ita emendabo me; Non amplius committam hoc vel illud peccatum; Erras, si in his dicendi formalis propofitum fundaris putes; Propofitum debet esse serium, univertale, & efficax animi decretum, quod post confessionem me firmiter ac practice determinat ad fugienda peccata, & peccati occasionis; id enim nisi fiat, signum est evidens propofitum fuisse nullum, & confessionem fuisse diabolicam, quod a nobis abfit, &c. &c.

Feria V. post Dom. II. Quadragesimæ.

CONCEPTUS XIX.

De signis seu indicitiis, ex quibus efficacia propofiti desumitur.

Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in donum Patris mei -- ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Luc. 16.

In inferno sunt sanctissima, & tamen in illa propofiti.

1. **P**UTAVI hæcenas in inferno, non nisi male dicta & blasphemias audiri; veram in hodierno Evangelio deprehendo, etiam piissima ac sanctissima desideria ibi inveniri. Dives Epulo inter crudelissimas inferni tormenta vidit ab eminus pauperem Lazarum, in sinu Abrahæ recubentem, rogavitque Abrahamam, ut eum, id est Lazarum in domum suam paternam legatum mitteret; habeo enim, ajebat, quinque fratres, qui, si Lazarus illis, tanquam testis minime suspectus, meam infelicitatem describerit, sine dubio vitam emendabant, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. (Luc. 16.) Quid hoc rei? an apud inferos datur zelus animarum? an infelix Epulo cupit fratres suos salvari? Omnino cupit; & universim loquendo, omnes damasti non tam igne, quam sanctissimi desiderii ardent. O utinam mihi daretur facultas ad vivos regrediendi, exclamavit Epulo, vellem liberet fratres meos, alioque, quos pessimo meo exemplo perverti, ad frugem reducere! O utinam mihi daretur facultas ad vivos regrediendi, ejulat ibi alter, vellem liberet injuste ablata contempto & millecuplo restituere. O utinam mihi daretur facultas ad vivos regrediendi, lamentatur tertius, vellem liberet illud peccatum ex detestabili verecundia in confessione occultatum coram toto mundo fateri! O utinam mihi daretur facultas ad vivos regrediendi, vociferatur quartus, vellem liberet inimici mei pedes, cui veniam dare

Class. Spicil. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

nolui, milleis oculis venerari. (P. Sępiti. Hum. Chr. p. 8. dif. 14. n. 13.) Sic loquitur damnatus, & sic verissimum est, quod affirmat A. fectæ, infernum plenum esse bonis propofitis. Verum ad quid profuit hæc propofita, cum his non obstantibus nihilominus damnati in obstinata sua voluntate persistant Deum & sanctos cæzites in æternum blasphemandi? Respondedo, ad nihil aliud profunt, nisi ut nos erudiamus; propofita sine emendatione esse propofita damnatorum, & nihil contribuere ad gratiam justificationis impetrandam. Differentia faciendæ est inter pura desideria & firma propofita: per mera desideria nemo sanctificatur, bene autem per propofita: ut autem hæc firma sint, plus non requiritur, nisi seriva voluntas, quæ veluti Dominia potentissimæ tam corporis quam anime impetrare potest, ut opere exequantur, quod illa decrevit. Proinde seriva voluntatem, & serivum propofitum habere nihil aliud est, quam non solum acquiescere cupiditati, prout loquitur S. Chry. sostomus, in Proleg. ad Erang. S. Joan. idque ulterius explicans ait: *Nemo est, qui ad celum evolare nollit, verum paucissimi illuc perveniunt;* quia hoc desiderium non transit in efficax propofitum, id est, quia operibus non exequantur, quod animo exoptant: *Operis voluntatem confirmare operibus.*

Igitur bene memorandum, in quo consistat efficacia propofiti.

2. **Propofitiis.** Quibus indicitis possum ergo desumere, propofitum, quod in confessione concepti, esse revera efficax & sufficiens ad sacramentalem gratiam percipiendam? Id enim vero in presentiarum explicare decrevi; Audivimus ultimo propofitum pro confessione requiritum debere esse serivum, debere esse univertale, debere esse efficax, jam operæ pretium erit discutere, quibus signis seu indicitiis hæc ipsa propofiti efficacia se prodere soleat; nimirum signum si non unicum saltem principale propofitum est, si operativum. Audite quomodo, & Favete.

§. I. Nimirum non consistit in verbis.

3. **Confirmatio.** Dico itaque primo: efficacia propofiti non consistit in solis verbis, quibus penitens in confessione emendationem promittit, dicens: *Ita ita auspicabor vitam meliorem;* Non! non amplius peccabo, & que sunt similia. Populus Israeliticus contempore, quo in Ægyptiaca servitute detinebatur, erat valde secundus; quippe iteratis prolium generationibus adeo fuit auctus, ut numerus Israelitarum ad sexcenta hominum millia excreverit. (Exod. 1.) Rex Pharaos vifa hæc multitudinem haud parum anxius metuebat, ne populus successu temporis arreptis armis jugum excuteret, aut omnino se septro privarent, ideo præcepit, ut omnes Israelitarum masculi, quotquot deinceps nasci contingeret, sine mora in mari & fluminibus suffocarentur. Quid autem præcepit de isemelis? vivere eis permittere, utpote a quibus nihil periculi formidabat.

E

Per

Per populum Israeliticum intelligere licet peccatorem, qui dum in servitute peccati detinetur, ad liberatum filiorum Dei, hoc est ad gratiam aspirans facrum confessionis tribunal subintrat: videt id quidem infernalis Pharo, verum cum experitur, quod poenitens tantum scemellas pariat, id est mera verba, quibus emendationem sine secuto effectu promittit, parum angitur: permittit illa pro libitu multiplicari: at vero cum conspicit, quod poenitens masculos in lucem ead, id est opera, videlicet occasione fugiendo, pristinis amicitis valefaciendo, pravos socios desiliando, corpus mortificando, & alia pietatis exercitia multiplicando, & plura alia faciendo, tunc enim vero regno suo tinet, omnemque laborem adhibet, ut illa opprimat, & extinguat. Ita figuram hanc scripturificam explicat & applicat zelosissimus quidam Verbi Divini Praeco, (Faulus Segneri Hom. Chr. p. 3. dist. 14. n. 14.) inquit, verba scemella sunt, at facta masculi, quos demon odio persequitur tam infesto, ut ne unum quidem servari permittat. Mi Christiane, ponite confessorio aureos montes, oppugnora tuam fidem ac auctoritatem, verba hęc sunt, scemella sunt, regnum diaboli nisi exinde finitri patietur, nisi postea executio tua promissionis opere subsequatur. Non est perfecta voluntas, subnectit Doctor Angelicus, 1. 2. q. 20. a. 4. in c. nisi sit talis que opponatur data operum.

Id quod assero, multo magis verum est de illis peccatoribus, qui ex ipsa loquendi formula in confessionali fati manifestant, quod finire non agant, & peccatis suis adhuc vivaci affectu adhaerent: talis generis sunt, qui suam emendationem certę conditioni aut eventui, alligant; venit forte ad sacrum tribunal juvenis femina haud saae casta: interrogat sacer Judex, ratumne habeat a turpi quizu & commercio desistere? Illa, si Deo placeat, inquit, corrigam vitam: si virum tantum habere, non redibo ad alijna flagitia: si ille me porro non sollicitus, tunc ipse non casto vitium est. O Mili feram te! illud si, si manifestum indicium est tuae inefficacis voluntatis: necesse est decernere sine ulla conditione abstinere a scelere, si ve teneat & provocet, five non provocet sceleris focus. Necesse est, ut quidquid deinceps accidat, quidquid insidiarum fruatur, quidquid contra moveatur, animi tui decretum firmum ac inconditum stet, non subnixum fulcris tam dubiis, quę tam parum voluntatem tuam fulciant, quam parum domus ad calum jam prona arundinibus sustentatur.

Hujus ejusdem furoris sunt illi etiam pleudo-poenitentes, qui peccata sua quantumvis atrocitā millenis excusationibus dealbant, & cum aliud non suppetit, quod opponat, crudum illud Non possum erudant: Non possum caste vivere, non possum resistere, non possum inimico reconciliari, non possum a iuramentis abstinere; quibus loquendi formulis

clare produnt, quod nihil minus quam vite emendationem cogitent, utpote quam pro re impossibili habent. Mi Bone! objectionem hanc tuam dudum emphatice refutavit Gentilis Seneca, Epist. 117. inquit: Non posse presentium, & nolle in causa est. Verum audi quid michi incidat: In celebri illa urbis Ostende obsequio militum nonnemo pessima blasphemandi assuetudine eo deductus erat, ut palam profiteretur, non posse se a tam pravo vitio desistere. (Pompejanus de amor. Div. p. 3. c. 17. §. 3.) Idem est deinde, ut gravi inopia pressus, & vite subsidii destitutus, a secessit quoniam stipem rogaret. Bene est, Refugit Sacerdos, si tantum tibi est animi, ut unius horę spatio me sequi, & ab omni interim blasphemā abstinere velis, en hunc tibi aureum dabō. Miles conditione accepta sequitur sacerdotem, qui ex destinato consilio per media castra, aureum erecta manu praefrens illum duxit: id ubi omnes militum ordines cum ritu spectabant, sequentem & aurea illecebra tractum militem millenis ludibris ac fanis prosequerantur, ille tamen tam ingomitoque habitus, ut identidem ad solitas blasphemias simularetur, non prorupit in illam, linguam non solum fransans, sed iterum, iterumque admodum, ne pravo illo more sacrilegas voces effunderet, & aureum perderet. Hunc ergo ut Sacerdote accepit, simul ab illo admonitus, agnosceret, posse corrigi inveteratum consuetudinem, dummodo serio velit. Id ipsum tibi inculcatum volo, mi Christiane: tu in sacro tribunali ad vitam meliorem admonitus continuo oggannis illud: non possum; & ego dico tibi, si singulis vicibus, quibus in peccandi periculum incidis, vellem tibi unius auri congiarium appromittere, nullus dubio, quin multa, quę impossibilia iactas, a te impetrarem. Tua ergo est obligatio, ut si quidem serio ad emendationem, & salutem aspiras, tantumdem pro amore Dei facias, quantum faceres pro amore pro lacto; ad hoc enim pluribus haud opus est, quam quę voluntate ait S. Chryostomus: Prolog. ad Evangel. s. Joan. fed quali voluntate Respondet, pergitque S. Doctor: Non voluntas, & vulgari, sed exquisita.

§. II. Sed maxime in operibus.

Jam explicato, quod efficax propositum in verbis & puris promissionibus poenitentis consistere non possit, dico secundo, efficacia hujus propositi maxime elucet ex operatione, id est ex practico conatu post peccatum confessionem serio pugnandi contra vitia. Vis scire, mi Christiane, utrum in confessionibus tuis tale propositum habueris, quale Dominus Deus requirit, alloquere teipsum hoc modo: Jam tot & tot annis in luto impudicitie haereo, quid egi, ut inde emergerem? Jam tot, & tot annis, cum ludendi, aut litigandi fe offert occasio, in terribiles blasphemias erumpo, quid egi, ut hanc interorum linguam loqui detul-

fecerem?

rem contra inimicum in corde foreo, quid egi, ut Divina Bonitas me ab hac animi peste liberaret? sic inquam teipsum alloquere, & si inrenias te nullo alio ariete hęc vitia oppugnasse, quam eo, quod stitis temporibus ad sacrum conscientia arbitrum te deluser accu-faveris, figum est, quod tua voluntas non fuerit seria & efficax. Quod si autem deprehendas, te pro victoria horum scelerum jejunia, elemosinas, corporis castigaciones, prolixas ad Deum preces, aliaque opera suscepisse, tunc enimvero credam, quod sincere cum Deo agas, & vite emendationem serio proposito decreveris. In hunc sensum ait S. Chryostomus, hoc est, Operis voluntatem vel applicare: in confessione habes propositum vitandi peccata, & hęc est voluntas; post confessionem debes vitare peccata, & hęc est applicatio voluntatis ad rem. Operis voluntatem vel applicare.

Inter ea autem opera, ex quibus efficacia propositi arguitur, illud singulariter est, ut remedia a confessorio praescripta diligenter adhibeantur & applicentur; quemadmodum enim vulneratus, si emplastra periti archiatri recipiat, sanitatem corporis non acquirat: ita peccator, si salutaria confessorii monita negligat, censetur non optare serio sanitatem animę. Ad sanctum Bernardinum Senensem (Advas. p. 3. instr. 13. n. 5.) quondam accessit inveteratus peccator, qui ab obscenis voluptatibus abstinere sibi impossibile dicebat: conabatur sanctus modis omnibus illum ad frugem reducere, arguendo, obsecrando, increpando: sed cum olem & operam perdens haud aliud responsum extorqueere poterat, quam illud: Non possum; tandem vehementius instans aiebat: Quofo, mi Bone, quandoquidem cum Deo pacem inire non vis, saltem inducias pacifcere, & amore Crucifixi Redemptoris triduo continens esse promitte. Promittit poenitens; Elapsis tribus diebus S. Bernardinus ad eum ventitace apercontari cepit: quę esset consilium? Optime respondit ille; quamquam enim haud modicam me ipsam vincendi difficultatem senserim, peccata tamen victoria stetit. Laudetur Deus, subintrabat Sanctus; verum ecce, nonne terrissime amas Immaculatam Dei Genitricem? Amo, aęe ergo, & quoniam digna est, hujus amori alterum triduum consecra; Aęre consenti peccator, sed tandem consenti. Finito iterum hoc termino rediit Sanctus, quassivique, qui se haberet? Habeo me optime: potui quod dudum me posse deponi, nimirum caste vixi; Laudetur Deus, exclamabat iterum Bernardinus; ah! quis nescit, quanta beneficia ac obsequia nobis contulerit sanctus Angelus Custos? nonne id gratitudinis meretur, ut tertium illi triduum impendas? fit in nomine Domini; tentabo & tertium luctam, aiebat poenitens; atque dum id egi, sensit libidinis ardorem nonabiliter refrigerare, atque gratia Divinae robur adeo in se augeri, ut absque sin-

gulari difficultate voluptatum victor evaderet, proinde finito termino dierum dixit ad suum sanctum Confessorium: Nolo amplius inducias cum Deo, sed pacem; fixum ratumque est potius mori, quam vel unica vice repetere pendendam meam consuetudinem. En mi Christiane, quam salutariter conducant remedia a confessorio praescripta. O utinam hac sancta industria uterentur illi, qui in peccatis inveterati sunt; hoc certe conatu ac usu fe militi & principaliter Deo probarent, quod serio cupiant & peccatis emergere, quod serio cupiant emendari, quod serio cupiant salvari.

Quare fortasse: an ergo ille peccator, qui post confessionem demum ac iterum in vetus peccatum labitur, atque hanc ipsam relapsam jam tum in ipsa confessione valde probabiliter praevidet, non verum habuisse propositum, & consequenter Sacramentum sacrilege percipisse censendus sit? Digna est responsio hęc questio, ne dum malum propositum culpa, simul omne bonum propositum evertam. Nota igitur mi Christiane, in anima tua sunt distinctę duę potentie, intellectus, & voluntas: intellectus peccatum cognoscit, voluntas peccatum detestatur: potest igitur voluntas serio & efficaciter peccatum detestari, licet intellectus judicet, te in pristinum peccatum prolapsurum, & id revera etiam post confessionem vel obfragilitatem vel ob vehementiam tentationis contringat. Explico rem a simili; Generosissimus quidam Bellidus, cum videt imminenti sibi hostem, exercitum suum in arietem disponit ad committendum cruentum praelium: Quero jam, iste Bellidus estne certus ac securus de consequenda victoria? Nulla ratione, imo plenus est timore & anxii curis, dum considerat periculosam bellidus aieam, & fortunam instabilem. An hac de causa non habet firmum propositum consequendi victoriam? Profecto habet; nam pro illa pugnat. Ea mi Christiane, qua ratione voluntas potest habere firmum non peccandi propositum, est intellectus contrarium metuit. Neque putes supervacaneum, aut inutilem esse hunc ipsam intellectus timorem, eo enim commoveri debemus, ut agra nostra fragilitate confortatum Dei gratiam exiis precibus imploramus; quia infirmiores sumus blasit infirmulis, qui iterum iterumque cadunt, nisi nutriciam manu succolentur. Quod si vero, ut in priori similitudine pergant, supremum ille Bellidus viso hostium adventu in convivia, in ebrietates, in venationes ac recreationes effundatur, & nullam omnino futuro certamini dispositionem faciat, quis non arbitretur, illum si ex exercitus esse proditorem? Parem in modum si peccator post confessionem adeo sui securus vivat, ut licet insidias infernalis inimici satis advertat, tamen in jocos, in mugas, in pristinas familiaritates, & occasiones proterfonis pessimas libere sese ingerens nulla omnino emendationis remedia usurpet, & nullam morum mutationem profecerat, imo vix praterlapsa una vel altera die

iterum tam niger sit, quam unquam antea fuit, quis credat, Deum immortalem! quis credat, illius voluntatem in confessione fuisse rite difpositam ad detestandum suocere & efficaciter peccatum? Percipite, qualem mutationem feria penitentia post se trahere debeat in eventu omnis ætatis memoria dignifimo.

9. Hugo Hetruriz Princeps Serenissimo Othonum sanguine procreatus (P. Segneri loc. cit.) pueritiam sub institutione pie Matris Villula magna vite innocentiæ transegit. Sed dein blandientis fortunæ illecebris in transverfium actus multiplici juvenentum suam libidine fœdavit. Inter hæc tamen flagitia pietatem in Deiparam Virginem constantem fovit, eorum in morem, qui Mariam a Jesu separatam cupiunt, fibique las esse putant, fructum contumeliose tractare, dummodo arborem reverentia ac honore colant. Hoc tamen ipsum tam mancum Deiparæ colendam studium Hugoni saluti fuit. Venatum aliquando egressus dum haud procul Arni valle oberrans, fatigatus & sitibundus levamen circumspiciat, puellam repente obviam habuit formam supra humanam, quæ calathum illi offerebat fructibus quidem præstantissimis plenum, sed adeo fordibus, ut nauseam aspectanti moverent. Hugo manum extendit, fructum aliquem prehensurus, sed mox emaniibus demouelabam fuit, oculis & stomacho tantam sparcietem averfantibus. Talis est (respondit cali Dominæ hoc sub schemate Hugoni se fistere dignata), talis est tua in pie pietas, bona quidem in te ipsa, sed vite tue fordibus pessime conspurcata. Hæc dixit, & videri desit. Tam plena amaris hortatio id utique efficere debebat, ut Hugo scditatum suarum pertalus purius sanctitatis posthac Virgini Matri serviret: sed ea effectum est nihil; nam etsi castus esse vellet, cum tamen & juvenum lascivorum confortibus & sensum oblectamentis confectus iterum ut prius, mox iterum laxatis cupiditatum frenis esse cepit, qualis fuerat: unde necesse fuit, ut Virgo Mater potentioribus mediis refractarium compellere. Cum iterum venationi in Monte Senario operam daret, subito densa nubecalam eripuerunt, tanquam effusus imber de celo cecidit, ut Hugo missa venatione de latibulo circumspicere cogereetur. Ad proximum igitur speculaculum contendit, & ecce lunestissimum spectaculum se illi offert! fornax erat ferraria, circa quam nigerrimorum fabricorum manipulos, qui femioidi extrahabant et flammis non ferrimas, sed capita, corda, crura, alique hamorum corporum membra, quæ incendi imposta horrendis sibus contundeantur: Hugo primum hos fabricos esse veneficos credebatur, quæ in eas montis latebras se abdiderunt, quare gravissimis in eos verbis invecit, & tanta se flagitia severissime ultimum professus est. Hæc dum ille minax loquitur, fabricorum aliquis ad os speculaculi accedit propius, & parcius ista, inquit, iustitia enim Divinæ ministri sumus, & his suspensus mactatum mortales aliquos obsecrans vo-

luptatibus olim deditos, expectamusque prope diem Hugonem quempiam Regionum iustitiam Principem, qui & ipse, ubi in manus nostras venerit, libidinum suarum penas hæc superincude dabit. Hæc videbat, hæc audiebat timens ac tremens Princeps, & a spelæo ad suos rediit, alius plane visus est, quam antea fuit; obfirmato enim ad fugiendas hæc penas, quas comminantem per hæc speetra Deum audierat, animo statuit, feris sacratioribus sua palam flagitia in urbe Florentina fateri. Quare inter Ravennatem Episcopum, qui tum forte sedis Apostolicæ legatus aderat, & Eustachium Præsulem Florentinum medicum ad summum eius orbis ædem ibat, istud identidem admirabundus, qui ex tota vicinia confluerat populo ingens, qui ex tota vicinia confluerat populo ingens, Hugo posthac non erit Hugo: Hugo posthac non erit Hugo; nec aliter fecit, & dixit, in alium plane hominem mutatus.

10. Epilogus. Jam mentem, mi Chistiane, ad hæc verba advertite: Hugo posthac non erit Hugo: horum enim causa totam hanc narravi historiam. Hic est potissimum Penitentia & sinceritatis effectus, ut constantem & inviolabiliter decernas posthac non esse, qui fueras dicentis, posthac non amplius ero lascivus, posthac non amplius ero vindicativus, posthac non amplius ero fœderati illius conforti complex, & que sunt similia: ita necessesse, inquam, ut post confessionem loquaris, & quod decreverit proferes exquavis, fugiendo deinceps loca periculosa, facris penitentia & Eucharistia mysteriis crebrius utendo, opem ac patrocinium tutelaris Angeli, sanctorum calium, ac præcipue Virgineæ Matris invocando, & omnia remedia a confessorio præscripta diligenter amplectendo. Atque sic demum clicis genuinum propositum, qui effectus voluntatis firmæ, non vacillantis: si cum hoc confessiones tuas peragas, securus esto tam in vita, quam in morte, & quamcumque relatiæ contingat, non est quod angaris; quia non vitio confessionis, sed humane mutabilitatis, & instabilitatis id factum esse confendum est. Deus Optimus Maximus faxit ut hæc doctrina quam hodie propofuit, altissimas radices in animis auditorum meorum agat; quæ indubitanter perfulas sum, si millena confessiones inter Chistianos facile sunt, ad minimum quingentas taliter fieri ex defectu veri propositi, quod vera, sicut demonstratum est, non in verbis, sed in operibus consistit. Amen.

Dominica III. Quadragesima.

CONCEPTUS XX.

De necessitate, facilitate & utilitate confessionis Sacramentalis.

Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus.

Luc. 11.

Diabolus impudens satagit confessionem.

1. Magna est infernalis inimici in hominem, quem possidet, crudelitas; miseris enim ille homuncio, quem sanctus Lucas in hodierno Evangelio dicit mutum, teste sancto Evangelista Mathæo c. 12. fuit etiam cœcus, atque quod duplex hoc infortunium non eiderit, qui astutissimo huius utriusque sensus, videlicet oculorum & lingue officio illum privavit, ex eo factum patet, quia miser homo, quamprimum infernalis infessor Divina Redemptoris virtute liti expulsi, mox & videre, & loqui cepit. In sensu morali eandem tyrannidem exercet Damon in peccatore; cœcus illos facit, ut peccati fossiditatem, & damnationis, in quo versatur periculum non videt: mutus reddit, ut in infelicissimo statu suo Dei auxilium non imploret. Quotiescunque igitur Benignissimus Deus ex infante Bonitatis, ac Misericordiz suæ abyssi peccatorem ad penitentiam vocat, toties hodiernum Chistii miraculum renovatur, ait Venerabilis Beda, in Lucap. Mansi in Exar. in hod. Ev. v. 14. quæ verba sunt. Quod tunc quidem carnaliter factum est, sed & quædam complevit in conversione creditum, ut expulso primo demone facti lumen afficiant, deinde ad laudes Dei læticia prius ora laxentur. Ostendit mihi peccatorem, qui operante Dei gratia intrinsecus in animo tactus dolore fam computationem de commissis concipiat, dein in sacro tribunali coram sacerdote sincere confessione sese accusat, & ego de illo pronuntiabo, quod S. Hieronymus ap. Corn. a Lap. in Matth. 12. v. 22. de hodierno emergimento effusus est: *caus videt, manus loquitur, possessio a demone liberatur*. Hæc cum ita sint, plane mirari haud fas possum, quod hæc ipsa Sacramentalis confessio, quæ tam grandia homini beneficia præstat, tanquam lex nimis ardua & fere impossibilis usque adeo impugnetur, & nauseæ habeatur. Sunt aliqui qui dicunt, confessionem non esse necessariam, ita loquuntur Hæretici, qui illam tanquam inventam poporum, & ous absque auctoritate Divina impostum expulsi: alii dicunt, eam esse valde difficilem, ita loquuntur inveterati peccatores, qui arcana sua & sæpe fœdissima scelera coram sacerdote proferre impossibile dicunt. Denique alii dicunt, saltem illam non esse valde utilem, ita loquuntur, tepidi Chistiani, qui saluberrimum hoc

Sacramentum rarissimo & vix semel in annum usurpant.

Hæc bene considerandum est.

2. Probatio. Proinde, priusquam in nostra instructione ulterius progrediamur, operæ pretium esse duxi contra triplicem hunc errorem de necessitate, facilitate, & utilitate confessionis Sacramentalis agere, declarando: Confessionem esse necessariam, confessionem esse facilem, confessionem esse valde utilem. En materiam, & divisionem hodiernæ dissertationis. Attendite: Favete.

§. I. Confessionem esse ad salutem necessariam.

3. Confirmatio. Confessio Sacramentalis ex institutione Divina est ad salutem necessaria: ita contra Hæreticos non tam ego, quam Tridentina Synodus sess. 14. Can. 14. adiuncto excommunicationis fulmine decernit: *si quis negaverit confessionem Sacramentalem esse iure Divino institutam, vel iure Divino ad salutem necessariam, anathema sit*. Et ratio huius veritatis videtur esse convincens: Incarnatus Dei Filius post gloriosam resurrectionem suam apparuit Apostolis, & postquam infuflatione halitus illis dedit Spiritum sanctum, dixit ad eos. (Joan. 20.) *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*. Quibus verbis iuxta communem Ecclesie sensum illos eorumque successores constituit sacros iudices, collata illis potestate discernendi inter peccata, quantum remittit & quantum retineri mereantur: atqui si peccatores tanquam rei his iudicibus sese subicerent, & conscientia suæ causam aperire tentarent; quid enim remittere? quid retinere? quam sententiam ferre? quomodo inter dignos & indignos discernere possent sacerdotes sine confessione? Si Romanorum Imperator hodie mihi ius ac privilegium condonat de certis mercibus colligendi vestigalia, eo ipso tamen obligat Mercatores, quæ eas merces vehant & revehant, ut de illis vestigalia mihi solvant. Parem in modum cum Dei Filius sacerdotibus potestatem contulit iudicandi super peccata fidelium, eo ipso fidelibus obligationem imposuit de his peccatis sese accusandi; hæc enim sunt correlativa, quorum unum sine altero subsistere non potest.

4. Confirmatio alterum ex continua & universalis præxi Ecclesie, quæ omnibus facilis ab ipsis Apostolorum temporibus usque in hanc horam confessionem necessariam esse iudicavit, & fidelibus præcepit. Etenim confessio Sacramentalis jam primo post Christum seculo in usu fuit; quippe S. Dionysius Discipulus Pauli, qui eo tempore vixit, acerbe oburgavit Demophilum Monachum, eo quod sacerdotem, ad fontem gratiæ ac Misericordiz redeuntem, non absolutum rejecerit, inquit: *Cum ille veniendo faceret se ad peccatorum remedia querenda venisse, tu cum contra disciplinam ordinem -- venulisti*. (S. Dionys. Ep. 8. ad Demophil.) Confessio Sacramentalis etiam altero post Christum seculo

in usu fuit; quippe Tertullianus, lib. de poenit. qui eo tempore vixit, id aperte testatur in libro, quem scripsit de penitentia: Et Origenes in Levit. hom. 2. ejus coartatus expressit ita habet: *Est per penitentiam remissa peccatorum, - cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & querere medicinam.* Confessio Sacramentalis estiam tertio, & quarto post Christum saeculo in usu fuit; testes sunt S. Cyrillus tract. de lapsis; & Basilii, quorum primus clarissimis verbis id exprimit ait: *Confiteantur singuli delictum suum, cum adhaec, quid loquitur, in saeculo est, dum admittit eius confessio potest, dum satisfactio cuiusque & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est.* Sic eadem confessio utique ad nostra tempora singulari saeculo fuit continuata; unde clarissime concluditur, iuxta regulam S. Augustini, eam obligationem, cuius origo nascitur, imo ab ipsis Apostolorum temporibus ad nos derivatur ab ipso Christo fuisse latam, & ab Apostolis promulgatam. Oblatrant quidem Haeretici dicentes, confessionem esse inventum humanum: verum offendant, ubi, quando, sub quo Pontifice, a quo Concilio fuerit instituta, precepta, & primitiva practicata? haec inquam offendant, & Dominus Bellarminus T. 3. de poenit. l. 4. c. 6. & sequ. vicissim illis demonstrabit, hoc onus confitendi peccata etiam arcanissimis cogitationibus commissi, cum Reges, Imperatores, Principes, & ipsi Pontifices sese subjiciunt, ne quidem potuisse imponi ab auctoritate mere humana.

5. Urgeo argumentum, Si confessionis lex esse mere Ecclesiastica, tunc summus Pontifex haberet potestatem in ea dispensandi: si haberet potestatem dispensandi, sciretur falsam esse aut altera vice ex gravissimis rationibus, cum summus Mundi Principibus dispensasse, prout multoties factum est, & hodieum sit in jejuniis, in impedimentis Matrimonii, in celibatu sacerdotum alique legis Ecclesiasticae: Memini me legisse de Chamio Chinarum Imperatore, qui antea primum sacrum visit, quod saepe lapsus Catholicam Religionem se amplectantur, eamque toto regno propagaturum promiserit, dummodo ab ardua confessionis lege eximeretur: quamvis igitur haec totius amplissimi regni conversio, & lacrum tot millionum animarum fuisset opera pretium, adeo tamen ille voti compos factus non est, ut ne quidem fieri poterit. Quid sequitur? Sequitur, quod quia summus Pontifex nec cum hoc Imperatore, nec cum ullo unquam Principe, imo nec secum ipso dispensavit, ne quidem possit dispensare, consequenter quod lex confessionis non fit Ecclesiastica, sed Divina. Res est sole clarius, ideo desino pugnare contra Haeticos, & ergo ad alterum punctum.

6. Confessio Sacramentalis non est difficilis, multo minus impossibilis, sed juvanda & fa-

ta.

ta. celis. Ita contra inveteratos peccatores: ut probationem capiat, percipit quod Maffeus de rebus indicis enarret: Infernalis animarum praedon, qui sicut generatim teste Tertulliano, de coron. Mil. c. 7. simia esse operum Dei, ita speciatim mytherii confessionis in barbaris regionibus, ubi plenum olim dominium exercuit, amulatur extitit. In Japonia regno idololatricae altissima erat rupes, ad quam miserandis idololatrae non tantum e vicinis, sed & dislitis regionibus, nonnunquam itinere sex aut septem dierum inter panis & aquae jejuniis itinerari, & ibidelictorum confessionem non Deo, sed demoni deponere debebant. Cum per periculosos anfractus in apicem montis claudisunt, excipiebantur ab aliquo demone; humana quidem sed desarmi specie, ibi in faciem humi procerdere, & de omnibus delictis accuratum examen instituire debebant. Tum dircebantur in supremam montis cacumen, & in scutella instar bilancis supra precipitum prominente collocati peccatorum confessionem in praesentia hominum, & demonum facere cogebantur. Si miser homuncio hic in sublimi aere pendulus omnia peccata sine furo & dolo latebatur, in cacumen montis retrahi & liber dimitti, si vero unum aliquid subdicebat, aut dissimulabat, in profundum proiecti, & in mille frustra collidi solebat. O bone Deus! sic idololatrae olim demoni confiteri debebant, & quidem sine fructu, sine peccatorum remissione sine aeternae retributionis mercede? quid dicent miseri isti in ultima die ad Christianos peccatores, qui confessionem eorum uno sacerdote factam, & factam in ordine ad impetrandam veniam, factam ad propinquandum Deum, factam ad consequendam salutem tanquam onus importabile reputarunt? Eheu! quid illi dicent, & quid isti respondebunt?

7. Verum quid ego has demonis imposturas, & idololatrarum deceptiones enarso; audiamus quid moris fuerit in primitiva Ecclesia, & primorum Christianorum penitentiam cum nostra conferamus; Ibi Christiani delicta sua quantumvis enormia publice eorum populo facti debebant, & dein iuxta diversitatem delictorum proportionata illis penitentia injungebatur: haec penitentia ordinario in his, & similibus punctis consistebat. Primo hi penitentes abrasis toto capite capillis pallato habitu vestiebantur, & a fidelium consortio separati vel inter catechumenos relegabantur, vel in domo penitentibus destinata includebantur, prout testatur Tertullianus ad Bellarm. T. 3. contr. tract. de poenit. l. 1. c. 22. & sanctus Gregorius Thaumaturgus in epist. Can. Secundo quando factis Dominicisque diebus fidelis populus templum ingrediebatur, illi ante fores stare, & ab introitibus precum suffragia pro humiliter rogare debebant. Tertio, non fas illis erat templum intrare, nisi post edita aliquando seria emendationis signa, & tunc quidem in remotissimo templi angulo iuxta fores

flare debebant. Quarto, ante tempus absolutionis non illis licuit ad sacrosanctam Communionem accedere; hinc sanctus Cyprianus l. 3. ep. 8. Item sermo de Lapsis suo tempore quid buldam, qui huic ordinationi contravererunt, graviter indignatus est, iniquis, quod corpus Domini invasissent. Quinto, (S. Leo Pont. ep. 97. c. 12.) interdum a sacerdotio, a Matrimonio, item ab officiis publicis tam in bello, quam pace in perpetuum excludebantur, qui inosi intra tempus penitentiae morti illos contigit, etiam Sacramento extremae unctionis privati solebant. Sexto, (Innocent. l. 1. ep. in ep. ad Decret. c. 8. Concil. Paris. sub Lud. & Leo. l. 1. c. 3. Paenitentia in parvo, sub poenit. Concilium Sacram. 4. cau. 8. c. 81.) non illis licuit in Sacramento Baptismi aut Confirmationis patriam agere, nec in publicis balneis per more illorum temporum, aut in convivio etiam invitatis comparare, sed loco hujus domi in cinere & cilicio orationibus ac jeuniis continuo vacare, in sepultura mortuorum servire, & interdum inatrio templi coram sacerdotibus prostrati ac peccatorum veniam implorare debebant. Ita rigorose cum penitentibus in primitiva Ecclesia procedi solebat, & haec penitentia nonnunquam ad complures annos, imo ad totius vitae aliconfinuabatur, cuius ultimus paradigma habemus in quodam Adolpho, qui uxorem suam interfecit; (Dei. caus. 33. 4. 2. c. admo. n.) Romanus Pontifex Stephanus, hujus Nominis Quintus, postquam illi enorme flagitium maxima austeritate exprobravit, dein penitentiae loco illi precepit, ut vale dicto Mando in monasterium secederet, ibique sub directione Abbatis humilissimi penitentiae ac obedientiae exercitiis Deo pro merita aeternae damnationis pena satisfacere studeret. Quodsi vero in saeculo perseverare mavis, ajebat Pontifex, tunc volo & jubeo, ut a vino, & quovis potu inebriante, item ab usu carnium exceptis solis Dominicis Nativitatis & Resurrectionis diebus, in perpetuum abstinere volo & jubeo, ut nunc manum deseras, nemini licent moves, uxorem alteram non nuda cas, in convitiis & iis locis ubi genio indalgetur, naquam compares, sed loco horum in vigiliis, in jeuniis, in elemosynis vitam trahas: volo & jubeo, ut in templo a fidelium consortio separatus, retro populum in extremo angulo stes, & sacrosanctam Dominicis Corporis communionem tota vita nunquam nisi in mortis articulo, si occasio tulerit, sumere praesumas.

8. Deum immortalem! quantus erat in primitiva Ecclesia penitentiae rigor? dicite, mei peccatores, si hodieum in usu esset tam severa scelerum castigatio, eheu quanta essent vestra lamenta, quanta querela, quanta tergiversatio. At nunc postquam Ecclesia, ut pudenda nostrae tepiditateri cederet, hunc ipsam rigorem subulsi, nunc postquam ad Sacramentalem penitentiam nihil aliud requiritur, quam peccatorum arcanissima eorum uno sacerdote accusatio, nunc postquam pro gravissimis scelerebus levissimas satisfactiones

De necessitate confessionis. 75

injunquantur, judicate num prudenter agat, qui de amabilissimo hoc justificationis remedio conqueritur? Hujus lenitatis figuram nobis Divina Mundi Redemptor dedit per parabolum filii prodigi: (Luc. 15.) Miserimus hic bonorum pauperiorum decodor, cum in alienis regionibus utique ad siliquarum clarum depauperatus est, extrema necessitate pressus, oboleto, attritis, & difficilis vestibus ad domum patrem suum rediit. Amantissimus Pater ubi nudum ac inespem filium confexist, mox a famulis afferri vestimenta & miserum cooperiri precepit. Per hanc parabolum prafiguratur id quod in confessionis sacramento contingit; per illum prodigum significatur penitens, qui per peccatum bonis celestibus privatus, & meritorium lauro hinc utique collecto exutus totus quasi nudus in sacro tribunali comparet: per vestimenta intelligitur gratia Divina, per famulos subaudiuntur sacerdotes. Sed quae, quare non convocata fuit tota familia, ut filii nuditatem, & patris benignitatem inquireretur? Hoc noluit parens: sufficit famulos nuditatem, ac miseriam filii fuisse intuits, praeter hos non voluit patrem quampiam esse concium. Ita hanc figuram interpretatur Eruditissimus Dilaicus de Celata, in preclara Eruditissima Dissertatione de Celata, in Judicia c. 8. §. 22. cuius verba sunt: *Nemini licet filii delictis & nuditate, vultuque filii sciant, nemo sciat alius, ita est; ait Benignissimus Deus, nemo sciat alius, quam famulus meus confessorius, quam miser, quam inops, quam nudus sit filius meus prodigus, quem ego ex infinita Bonitate ac misericordia mea ad primum filiationis dignitatem volo recipere.* Verum demus confessionem non carere aliqui difficultate, nonne haec difficultas alleviari, mitigarique debet per grandia emolumenta, quae exinde resultant? Omnino debet; Quam autem sunt ea emolumenta? Ad tertio puncto explicandum jam venit.

9. Confessio Sacramentalis non solum est necessaria, non solum facilis, sed etiam homini Christiano perquam utilis, id est grande esse emolumentum tam particulare paenitentem quam universale toti Ecclesiae. Adeoque postquam hic cum Concilio Tridentino ap. Barziam serm. 66. n. 5. exclamare: *Ipsi hominum confessionibus dignificatis gratias quidem videri possent, nisi tot, tantisque commodis levaretur.*

10. Quodnam est bonum particulare, quod ex confessione in penitentem redundat? an remissio peccatorum? an tranquillitas conscientiae? an retransratio congenitae nobis superbiae? an fidei, spei, Caritatis, aliarumque nobilissimarum virtutum exercitatio? an Dei irati reconciliatio? an inferni exstinctio? an calidior reformatio? an gratiae Divinae inchoatio? an penae aeternae in temporalem commutatio? Possent quidem haec omnia prolixo eloquio dilaudare; verum omnibus his omnibus ea mihi utilitas praeter ceteris confessionem commendat, quam sanctus Apostolus Paulus innotuit: (1. Cor. 11.) *Sinof-*

multis dissuaderemus, non utique iudicaremur. Audite, quid ex his verbis eruat. Quisquis hominum grave unquam peccatum commisit, fructum in illo celando, opprimendoque laborat: quiddam loquitur, cogito, aut facio, necesse est, ut in lucem veniat vel in hac vel in altera vita, ea tamen differentia, ut si modo sacerdoti, qui Christi vices gerit, mea peccata facere appetiam, illa mihi in universali iudicii die neutquam in opprobrium, sed potius in gloriam sint celsura: totus mundus felicem dicit Magdalenam, Petrum, alioque peccatores, qui vere penitentiam egerunt: E contra si modo commissa crimina suppresso & occulto, in ille die cum immanis mundi populi, ac desperatione coram omnibus confitebor, ac deperatione coram quem decepi, confitebor in lucem protrahentur. *Si nosmetipsos iudicaverimus, non utique iudicabimur.* Dic modo, mi Christiane, quid ex utroque facilius, quid utilius est, coram uno homine, vel coram universo mundo erubescere? sed quid ista ex te interrogo? jam dudum loco tui respondit Augustinus, l. 2. de Visitat. infirm. c. 4. *Melius est coram uno aliquantulum verbis tolerare, quam in illo iudicii coram tot millibus hominum gravi reclusa denotatum subsistere.* En in quo levi victoria tui ipsius postis maximum malum, videlicet, maximam confessionem coram toto mundo redimere & extinguere.

11. Quodnam est bonum universale, quod ex confessione in totam Ecclesiam redundat? Est proba institutio, & administratio Christianæ Republicæ; ideo dicit Catechismus iussu Pii V. editus, p. 2. de peccat. n. 32. quiddam hoc tempore sanctitatis, & pietatis in Ecclesia confirmatum est, id magna ex parte confessioni tribuendum est. Per confessionem multa mala impediuntur, & multa bona procurantur, nam restituntur iniusta, deponuntur odia, conciliantur animi, impediuntur cædes, obedientia Regibus redditur, & magistratibus tam Ecclesiasticis, quam politicis eliminata e cordibus contumacia honor conservatur. Nihil non boni ex confessione oritur, quia ibi optima excubantur consilia, & efficacia contra peccatum remedia suggeruntur: ibi calcas subditur penitentia ad pietatis opera erga Deum, caritatis erga proximum, obedientia erga parentes & superiores, misericordia erga pauperes, iustitia & officii erga inferiores: ibi afflicta & contribulata mens solatiis, ibi perturbata consilium reperit. Unde mirandum non est, quod humani generis hostis, qui fidem Catholicam funditus evertere cogitat, per suos impietatis satellites, id est hæreticos Novatores hanc Christianæ virtutis arcem totis viribus oppugnet: quem in finem hi miseri sacrum tribunal calumiosius, ac blasphemis vocibus consueverunt, nisi ut perniciosissime suæ libertati fræna laxent, & tanquam equus & mulus sine chamo & freno in præcipitia, id est in libidines, in sacrilegia, in incantus & adulteria ruant? confessionem eliminare volunt, ut suo arbitratu vivant, omnique tam sacra quam profana, tam publica, quam

privata sub vesillo impietatis & impunitatis in confessionem redigant. Certe abrogata confessionis damna Lutherani paulo post felicem deformationem satis perpexerunt, prout testatur Dominicus Sotus, l. 4. sent. dist. 18. q. 1. a. 1. qui Imperator Carolo V. erat a confessionibus; hinc ex incluta civitate Norimberga ad Casarem missa est legatio, nomine civium rogatas, ut Casar Imperatorio iure Confessionem auriacensem denuo induceret; aiebant enim vel satis experiri, quod sua Republica post abrogatam confessionem legem vitis contra iustitiam, aliaque virtutes plus quam antea feceratur. Legatio hac cum ritu excepta, responsumque est, cum Lutherani confessionis legem, que a tota retro antiquitate Divinitus instituta credebatur, novissime sustulerint, non esse sperandum, quod eidem confessionis legi Imperatoria auctoritate late fe obsequiosius sint subiecturi.

12. *Epilogus.* Tu, mi Christiane, grates infinitas repende Deo tuo pro tam amabili lege, que sicut ad salutem necessaria, ita etiam perquam facilis est; Quodsi forte difficultatem ac nauseam sentias, percipe pro coronide, quid iuniori Tobie acciderit. (Tob. 6.) Quando cum Angelo comite ad ripam fluminis Tigridis peregrinabatur, subito ex faucibus immanis pitiscis caput exaltit, qui aperto rictu Tobie devoracionem minabatur. Cohortatus juvenis, sed ab Angelo animatus, mox generosis manibus brachiam pitiscis apprehendit, eumque in litus exiecit. Tunc ulterius præcepit illi Angelus, ut pacem exenteraret, & cor atque jecur secum fumeret: quare? quia sunt hæc necessaria ad medicamenta utiliter. En mi Christiane, quod initio horribile monstrum visum est, postea perquam utile medicamentum factum est: Par ratio fe habet circa confessionis Sacramentum; (Bara. serm. 56. n. 8.) tu putas illud esse terribile, esse difficile, esse insuperabile monstrum, & ego dico tibi, utere generosa resolutione, apprehende brachiam pitiscis, extirpa illud, & certe experieris, quod fit utilissimum anime tue medicamentum. Quando autem hanc piscem exenterare, volo dicere, quomodo confessionem ordinate peragere, & de parte ad partem progredi debeas, deinceps te edocebo, &c. &c.

Feria V. post Dom. III. Quadrage.

CONCEPTUS XXI.

De grandi Beneficio, quod Christus Dominus nobis contulit per institutionem Confessionis Sacramentalis.

Stans super illam imperavit febri, & dimisit illam Luc. 4.

Confessio Sacramentalis a Christo in salutem nostram instituta.

1. **P**ACE mea mirentur illi prodigiosam celestis Medici virtutem, qui hodie in urbe Capharnaum ades Simonis Petri ingressus, febricitantem ejus socrum in momento sani-

